



Kern 86
(1-54; a-g)

(28)

DESIGNATIO ACROASIVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI c1o1o cctv.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

IO. TOB. CARRACH, ICTO,

REG. MAIEST. BORVSSICAE A CONSILII INTIMIS, FACVLT. IVRIDICAE SE-
NIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBL. ORDINARIO, ALVMNOR.
REGIOR. ET PROVINC. HALBERSTADIENS. EPHORO



P. P. D. XXVIII. MART. MDCCLV.



HALAE SALICAE, E TYPOGRAPHEO LEHMANNIANO.



LECTIONES PRO-RECTORIS

AC

[PROFESSORIS MATHHESEOS ET PHYSICES PRIMARI



O. TOBIAS CARRACH privatim 1) ad B. DN. BOEHMERI *Institutiones Juris Canonici* hora IX. commentabitur. 2) *Pandectar* vero *LVDOVICIANAS* interpretabitur horis consuetis, uti & 3) hora III. PERILL. DNI. J. S. F. BOEHMERI *Elementa Jurisprudentiae Criminalis*. 4) Collegium *Processuale* elaboratorium concedet hora IV. nomina sua ante collegiorum initium dantibus. Forfan quoque, si per reliqua negotia licebit, addet vel *Juris Feudalis* vel B. DNI BOEHMERI *Tractatus de Alienis* explanationem:

de qua re in tempore ex tabulis publicis certiores reddentur commilitones.

JO. ANDREAS DE SEGNER, munus ab Indulgentissimo Rege sibi clementissime collatum, programmate auspicabitur, quo rationem praelectionum suarum generatim exponet, atque fidem promississimamque in eorum commoda voluntatem, vniuersis litterarum studiosis sancte confirmabit. Nunc, praelectiones publicas offert, in Algebrae Cel. Claiuant, quatuor per hebdomadem horis habendas, priuatas autem, sex per hebdomadem horis, in *Elementa* sua Arithmeticae & Geometriae: atque sex aliis, in septem priores Sectiones Introductionis suae ad *Physicam*, scitu maxime necessaria complectentes; quibus reliquis proxime subijunget, & publice. Cumque aliquoties in explicanda pulcherrima S^r Grauefandi Introductione ad *Philosophiam*, magno cum Auditorum fructu, Gotingae versatus sit, repetitionem earum lectionum iam nunc offerre non veretur.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS Pauli epistolam ad Ephesios interpretabitur. Paraeneticis praelectionibus monita Paulina maxime ex posteriori epistola ad Timotheum theologiae S^ruolis commendabit, & asceticis posteriorem ad Thessalonicensibus tractabit.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS publice hora X. historiam passionis & resurrectionis dominicae, harmonico ordine ex Matthaei, Marci & Lucae euangelii digestam, ac dein Iohannis Euangelium integrum, ex Graecis; *primatum* vero hora XI. libros Salomonicos, hoc est, Proverbia, Canticum canticorum & Ecclesiastem, ex Ebraeis fontibus, theologicis & philologicis interpretabitur.

SIGISM. JAC. BAUMGARTEN b. c. D. h. VIII. *iberica* et h. XI. *antibetica* tractatione prioris sanctioris doctrinae partem illustrabit; atque h. IIII. finita *hermeneuticae* sacrae explicatione breuem aliquem librum vet. vel noui Test. interpretabitur: horas praeterea disputationibus publicis destinatas opportune significabit, vna cum laboribus priuatis, si quos per valetudinem recipere licebit.

JO. HENR. CALLENBERG in explicandis Codicibus *ebraicis difficultioribus* libris ad *Iohannem* progredietur: praeterea introductionem in Studium Theologiae *moralis* praebit, & *Antijudaica* exercitationem.

JOA. GEORGIUS KNAPP primo *Theologiam dogmaticam* rursus auspicabitur; deinde *historiam eccles.* N. T. recentiorem in primis seculorum XVI. XVII. & XVIII. persequetur & absoluet. Denique in *tractatione ascetica epistolularum apocalypsicarum* perget.

JO. SAL. SEMLER *introduc.* in N. Testam. historico criticam; *historiam noui Testamenti eccles.* inde ab initio; & quod placere pluribus intelligit, *sue* in *Psalmos hebraicos*, *sue* in epistolam vnam alteramque Pauli, praebit.

I V R I D I C A E.

DANIEL NETTELBLADT hora VIII. IX & X. XI. *elementa vniuersae iurisprudentiae positivae*, nec non hora IX. X. *elementa vniuersae iurisprudentiae naturalis* docebit, ad ductum systematum iurisprudentiae positivae & naturalis. Interpretabitur praeterea hora XI. XII. STRUVII *elementa iuris feudalis* & hora III. IV. SCHMAUSSII *compendium iuris publici*.

PHIL. JAC. HEISLER per instans semestre docebit L. ENGAVII *Elementa Juris criminalis* 2. HEINECCI *Institutiones* 3. *Pandectas LUDOVICIANAS*.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI *Functione Publica* Doctrinam de Sanitate tuenda tradet.
Privato

Privato studio materiam Medicam a IX ad X. Pathologiam a X ad XI. & Praxin Specialem eamque universalem a II ad III. b. c. D. aufpicabitur.

J. JUNCKER *publice chirurgiam medicam, quæ ad finem nunc perducta est, redintegrabit. Privatis lectionibus therapiam specialem, quæ ad morbos vsque lymphaticoferos peruenit, imminente semestri æstivo continuabit. Privatissimis horis provectiones in re clinico- practica vñtato more exercebit.*

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis in praelectionibus, horis atque diebus confectis, morbos senum pathologico- practice explanabit; privato autem studio hora vii. ad viii. fundamenta Semiologiae exponet; hora viii. ad ix. & x. ad xi. manufectionem ad Praxin specialem, coniunctis simul necessariis cautelis & regulis practicis, tradet; hora vero xi. ad xii. vñter atque usum compositarum medicamentorum, iuxta Praelectiones SCHVIZIANAS in Dispensat. Borusso- Brandenb. demonstrabit, hocque labor exantlato manuductionem ad praescriptionem Formularum medicarum subiunget, initium harum lectionum die v. Maii b. c. D. facturus.*

FRIDERICH HOFFMANN *publice hora ix. x. physiologiam explicabit. Privatim vero hora x-xi collegium in materiam medicam inchoabit, & numero selecto auditorum chemiam praeleget, qui eum adire & de hora comoda cum eo convenire possunt. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus. v. Maji.*

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *ad mandatum REGIS CLEMENTISSIMI collegium operationum chirurgicarum cum apparatu instrumentali pariter ac deligatorio aufpicabitur. Privatim itaque fasciarum & vñcturarum, decenter institueudarum, promptitudinem & elegantiam, duce B. BASSIO, in tractatu, qui inscribitur: Gründlicher Bericht von Bandagen, hora I ad II. ostendet, auditoresque suos in earum applicatione sedulo exercebit. Hora III. in Jll. HEISTERI Compendium Chirurgicum, cuius noua editio iam sub prelo sudat, & cui titulus: Kleine Chirurgie, commentabitur; operationes vero chirurgicas, horis suo loco & tempore indicandis, in Theatro Anatomico infuset. Demum hora II ad III. fundamenta artis obstetriciae theoretico- practica ad ductum MANNINGHAM tradet: in publicis autem praelectionibus, morbos mulierum & infantum, praecente B. SCHVLZIO, pertractabit.*

PHILOSOPHICAE.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, *rogatu complurium, qui in Orientali philologia altius prouehi, & ad id occasione non vbius obuia vti cupiunt, Arabicas praelectiones hora III. a meridie instituet, fundamenti loco positurus FERENII Grammaticam, indeque ad lectionem textuum Arabicorum ei adiecturum, quin & ipsius Corani, progressurus.*

D. MICHAEL ALBERTI. *Publico officio tractationem de Meteoris igneis explicabit.*

JOANNES IOACHIMVS LANGE, *Math. P. P. O. publice h. VII. matutina Mathefin puram: Privatim h. I. Physicam, dogmatico- experimentalem, nec non h. IV. Chemiam, theoretico- practicam docebit. Praeterea ad Geometriam practicam domi & in campo industrius auditores manuuet. Reliquas horas impendet lectionibus priuatis, physico- chemicis- metallurgicis.*

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis in recitationibus illam explanabit Physices partem, quae Meteora complectitur; privatim autem commentabitur in WALLERII MINERALOGIAM, diesque ac horas laboribus huius destinandas seorsim e valvis publicis indicabit.*

D. FRIDERICVS WIDEBVRG *tradet a X- XI. Historiam Universalem duce PFENDORFIO: ab XI- XII. Historiam Imperii Germanici ad SCHMAYSSII historisches Jus Publicum: denique in gratiam Juris Publici cultorum addet Collegium Juris Publici S. R. J. ad Systema Jll. MASCOVII a IX- X. Initium Deo propitio facturus d. 5. Maji.*

JO. HENR. CALLENBERG *in Praecognitione circa Theologiam moralem huius simul tradet historiam, ac generali de linguis orientalibus commentatione earum studiosis inferviet.*

JOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ *per instans semestri privatim hora ix. x. ad Metaphysicam WOLFIANAM redibit; h. x. xi. fundamenta linguae civitae. praecunte DANZIO, vna cum doctrina accentuum, tradet; h. II- III. Jesaiam & Jeremiam ex fonteebraico interpretabitur; denique h. III- IV. Philosophiam moralem ex b. WOLFIO docebit. In oeconomia impigro labore perget. Vt vero hora quam convenientissima, huic labori impendenda, seligi queat, eius amatores ipsum quam proxime convenient, rogantur.*

GE. FRID. MEIER *docebit hor. 10- 11. Jus Naturæ, & 3- 4. Logicam ad ductum compendii sui, Privatissime Ethicam philosophicam hor. 9- 10. Cæl. BAVMGARTEN interpretabitur, & publice continuabit exercitium disputatorium.*

EXTRAORDINARIAE.

ADAMVS STRVENSEE *hora IX matutina theologiae moralis partem primam, ad ductum S. V. D. WALCHII Einleitung in die christliche Moral, explicabit; hora*

III pomeridiana in commentatione in epistolam ad Hebraeos typologiae sacrae, cuius cognitio theologo maxime necessaria est, rationem habebit, ut auditores harmoniam inter typum & antitypum accurate perspiciant: hora VI vespertina diei martis lectiones aeternae continuabit.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN, in scholis publicis *libros symbolicos* introductione historico-theologica illustrabit. Privatim succincta exegesi *difficiliores* quosdam *utriusque instrumenti partes* explanabit, iisque porro inferuet qui doctrinas theologicas disputare voluerint.

D. JOANNES FRIDERICVS JOACHIM privatissime Hor. VIII. *Notitiam status Porusso-Brandenburgici* tradet. Privatim vero Hor. IX. *Jus feudale* ad ductum *Elementorum B. WOLFII* interpretabitur; Hor. X. *Jus Germanicum*, duce ENGAVIO, enucleabit; Hor. XI. *Jus publicum Imperii Germanici*, praevincit Illustri MASCOVIO, explicabit; Hor. III. *Historiam Saevi Romano Germanici Imperii* ad seriem compendii sui proponet, & Hor. IV. *Historiam Uniuersalem regnorum Europae* ad filum introductionis suae pragmaticae enarrabit. Facturus initium finitis nundinis Lipsiensibus.

D. CAROL. FRID. PAVLI Hor. IX. *Historiam Imp. R. G.* ad SCHMAVSSII *Historischer Jus Publ.* Hor. III. *Notitiam statif. praecipuarum Germaniae Provinciae*, Hor. IV. *Historiam Uniuersalem* ad GEBAVERI *Grund-Rifs* docebit; *Historiam Silesiae* quoque proponet, hora de tabula publica indicanda.

JOANNES PHILIPPVS CARRACH 1) publice Hora IX. matut. JNE. MASCOVIO Principia Juris publici Imp. Rom. Germ. ex legibus & obseruatione Imperii interpretabitur, privatim 2) Hora XI. B. HEINECCII *Elementa Juris Civilis secundum ordinem Institutionum* secutus iurisprudentiam privatam Romanam, Germanicam & Brandenburgicam tradet, 3) *Historiae juris litterariae* recitationibus vero, quas nonnulli desiderauerunt, horae propediem e valvis publicis indicanda vacabit, neque defuturus 4) exercitii examinatorii vel disputatorii cupidus.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE per instans semestre aestiuum publice collegium disputatorium iam inceptum continuabit, deinde vero privatim 1) Hor. IX. IX. PERILLVSTRIS BOEHMERI *Elementa Jurisprudentiae criminalis* explicabit, nec non 2) Hor. XI. XII. HEINECCII *Elementa juris civilis secundum ordinem Institutionum* interpretabitur.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI in hoc Semestri aestivo, B. C. D. privatim diebus Lunae Martis, Jovis & Veneris hora VIII. IX. Botanicam praeciget, ita ut non tantum secundum Ludwig definitiones plantarum sed & anatomiam plantarum indigenarum aequae ac exoticarum, rariorum multisve sumibus comparatarum tradat, insimul explicans partes illarum officinales praeparata in officinis nostratibus profstantia, partes constitutas, modum agendi, usum &c. Publice die Saturni hora VIII. IX. Collegium repetitorium plantarum ante dictis diebus praemonstraturum, habebit; Excursionis botanicae die Mercurii hora III. inchoabit. Initium harum lectionum erit die V. Maji. a. c.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN hoc semestri aestivo infantum adfectus publice praeciget; privatim autem BOEKHAAVII institutiones medicas denuo pertractabit.

D. ERN. ANTON. NICOLAI publice morbos infantum pertractabit, privatim vero hora VIII. IX. physiologiam, hora IX. X. pathologiam tam generalem quam specialem & hora X. XI. foeticam docebit.


F. C. JVNCKER publice diebus & Mercurii & Veneris hora III. doctrinam formularem explicabit, privatim autem hora X. physiologiam & hora II. pathologiam docebit; nec non die saturni horis II. IV. collegium disputatorium aperiet. Quarum lectionum initium erit finitis nundinis Lipsiensibus.

D. JVVSTVS JSRAEL BEYERVS fauente Summi Numinis clementia, per hoc semestre aestiuum, iis, qui linguae ac calami fundamenta, nitorem pariter ac vim addiscere cupiunt, aperiet 1) Collegium linguae latinae fundamentale; 2) Collegium Epistolographicum germanicum; 3) Collegium Oratorium; in quibus laboribus, praemia quantum necesse theoriae, praxi maxime urgebit; neque de cetero nulli umquam deerit, qui carmine germanica, epistolae, orationes aliaque scripta ab eo desiderabunt. Lectionum horas & auspiciis quilibet Dominorum Auditorum pro lubitu, sed tempestiue determinare poterit.

CHRISTIANVS WEBER per semestre aestiuum 1) hor. VII. VIII. matutina b. L. B. DE WOLFFI *Institutiones Juris naturae & gentium* 2) hor. VIII. X. Ejusdem *Metaphysicae* & 3) hor. II. III. *Logiceam* b. CORVINI interpretabitur. Nec deerit privatissimas lectiones desideraturus.

D. JO. PET. EBERHARD, Publice disputatorium inchoabit Collegium, privatim vero h. VII. IX. *Mathesin puram* h. IX. X. *Mathesin* docebit *adplicitam* duce WOLFIO. h. I. II. *Physicam* explicabit theoreticam ac experimentalem, ad ductum proprii compendii. h. III. *Physiologiam* interpretabitur in compendium HORMANNIANVM ab Illustri BUCHNERO editum, coniuncto simul proprio *Conspectu Physiologiae & Dietetarum*. Praeterea privatissime cum selecto Commilitonum numero *experimentalem Physicam* tractabit, & experimenta praecipua singulari cura instruet.





DESIGNATIO ACROASIVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI c1815cc tv.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

IO. TOB. CARRACH, ICTO,

REG. MAIEST. BORVSSICAE A CONSILII INTIMIS, FACVLT. IVRIDICAE SE-
NIORE, NEC NON PROFESSORE IVRIS PVBL. ORDINARIO, ALVMNOR.
REGIOR. ET PROVINC. HALBERSTADIENS. EPHORO



P. P. D. XXVIII. MART.



HALAE SALICAE, E TYPOGRAPHE

